



1. « *Audi, filia, et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui ; et concupiscet rex decorem tuum.* » In quadragesimo quarto psalmo Deus ad animam loquitur humanam, ut secundum exemplum Abrahae exiens de terra sua et de cognatione sua relinquat Chaldaeos, qui 'quasi daemonia' interpretantur, et habitet in regione viventium, quam alibi propheta suspirat, dicens : « *Credo videre bona domini in terra viventium* ». Verum non sufficit tibi exire de patria, nisi obliviscaris populi, et domum patris tui, et carne contempta sponsi iungaris amplexibus. « *Ne respexeris* », inquit, « *retro nec steteris in tota circa regione ; in montem sabvum te fac, ne forte conprehendaris* ». Non expedit adprehensio aratro respicere post tergum, nec de agro reverti domum, nec post Christi tunicam ad tollendum aliud vestimentum tecta descendere. Grande miraculum : pater filiam cohortatur : 'Ne memineris patris'. « *Vos de patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere* » dicitur ad Iudaeos et alibi : « *Qui facit peccatum de diabolo est.* » Tali primum parente generati nigri sumus, et post paenitentiam necdum culmine virtutis ascenso dicimus : « *Nigra sum et speciosa filia Hierusalem.* »

Exivi de domo infantiae meae, oblita sum patris, renascor in Christo. Quid pro hoc mercedis accipio ? sequitur : « *Et concupiscet rex decorem tuum* ». Hoc ergo illud magnum est sacramentum : « *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt ambo in carne una ?* » iam non, ut ibi, in una carne, sed spiritu. Non est sponsus tuus adrogans, non superbus : Aethiopissam duxit uxorem. Statim ut volueris sapientiam veri audire Salomonis et ad eum veneris, confitebitur tibi cuncta quae novit, et inducet te rex in cubiculum suum et mirum in modum colore mutato sermo tibi ille conveniet : « *Quae est ista quae ascendit dealbata ?* »

2. Haec idcirco, mi domina Eustochium — dominam quippe debeo vocare sponsam domini mei —, ut ex ipso principio lectionis agnosceres non me nunc laudes virginitatis esse dicturum, quam probasti optime eam cum secuta es, nec enumeratum molestias nuptiarum, quomodo uterus intumescat, infans vagiat, cruciet paelex, domus cura sollicitet, et omnia quae putantur bona mors extrema praecidat — habent enim et maritatae ordinem suum, honorabiles nuptias et cubile immaculatum —, sed ut intellegeres tibi exeunti de Sodoma timendum esse Loth uxoris exemplum. Nulla in hoc libello adulatio — adulator quippe blandus inimicus est —, nulla erit rhetorici pompa sermonis, quae te iam inter angelos statuat et beatudine virginitatis exposita mundum subiciat pedibus tuis.

3. Nolo tibi venire superbiam de proposito sed timorem. Onusta incedis auro, latro vitandus est. Stadium est haec vita mortalibus : hic contendimus, ut alibi coronemur. Nemo inter serpentes et

1. « *Écoute, ma fille, regarde, prête l'oreille, oublie ton peuple et la maison de ton père, car le roi convoitera ta beauté.* » (Ps 44, 11-12) Au psaume 44, Dieu parle de l'âme humaine et l'invite, à l'exemple d'Abraham qui sort de son pays et de sa parenté, à abandonner les Chaldéens (qu'on traduit par : quasi-démons) pour habiter dans la région des vivants après laquelle ailleurs soupire le prophète quand il dit : « *Je crois voir les biens du Seigneur dans la terre des vivants.* » (Ps 26, 13) Mais il ne te suffit pas de quitter ta patrie, si tu n'oublies pas ton peuple et la maison de ton père, si, méprisant la chair, tu ne te joins aux embrassements de l'époux. « *Ne regarde pas en arrière, dit-il, et ne t'arrête pas dans tout le pays voisin ; sauve-toi dans la montagne, de peur d'être prise.* » (Gn 19, 17) Quand on saisi la charrue, il ne convient pas de regarder en arrière, ni de revenir du champ à la maison, ni, après avoir revêtu la tunique du Christ, de descendre du toit pour prendre un autre vêtement. Grande merveille ! un père exhorte sa fille : 'Ne te souviens pas de ton Père !' « *Vous autres, vous avez le diable pour père et vous voulez accomplir les désirs de votre père* » (Jn 8, 44), est-il dit aux Juifs, et ailleurs : « *Qui commet le péché vient du diable.* » (1 Jn 3, 8) Engendrés d'abord d'un tel père, nous sommes noirs ; devenus pénitents, mais n'ayant pas encore gravi le faite de la vertu, nous disons : « *Je suis noire, mais belle, fille de Jérusalem !* » (Cant 1, 5)

— Je suis sortie de la maison de mon enfance, j'ai oublié mon père, je renais dans le Christ ; quelle récompense vais-je recevoir ? Voici la suite : « *et le roi convoitera ta beauté* » (Ps 44, 12). Voilà donc ce grand mystère : « *Pour cela l'homme quittera son père et sa mère, il s'attachera à son épouse ; ils seront deux en une chair ?* » (Gn 2, 24) non, pas comme dans ce texte : en une chair, mais en un esprit. Ton époux n'est ni arrogant ni orgueilleux : c'est une Éthiopienne qu'il prend pour épouse ! Dès que tu voudras écouter la sagesse du véritable Salomon et t'approcher de lui, il te racontera tout ce qu'il sait ; puis le roi t'introduira dans sa chambre et ta couleur changera comme par miracle ; alors te conviendra cette parole : « *Quelle est celle-ci, qui monte, toute blanche ?* » (Cant 8, 5)

2. Tout cela, je l'ai dit, ma dame Eustochium — car c'est dame que je dois appeler l'épouse de mon Seigneur — pour que dès le début de la lecture tu te rendes compte que, pour le moment, je ne me propose pas de chanter les louanges de la virginité ; tu ne connais parfaitement cet état, puisque tu l'as embrassé. Je n'énumérerai donc pas les tracas du mariage : le sein se gonfle, l'enfant vagit, la domesticité agace, le souci du ménage importune ; puis, tous ces bonheurs qu'on a imaginés, la mort, enfin, les fauche. Non, car les femmes mariées ont aussi leur rang dans l'Église, quand le mariage est honorable et le lit sans tache. Mais, puisque tu quittes Sodome, comprends que tu as à craindre le sort de la femme de Loth. Dans ce petit ouvrage, il n'y aura point de flatterie — le flatteur n'est qu'un ennemi doux et tendre — point de rhétorique ni de phrases pompeuses pour te situer par avance parmi les anges, exposer les béatitudes de la virginité, enfin placer le monde entier sous tes pieds.

3. De ton dessein, ce n'est pas de l'orgueil que tu dois ressentir, mais de la crainte. Tu t'avances chargée d'or : crains le voleur ! C'est un stade que cette vie pour nous autres mortels : ici nous

scorpiones securus ingreditur. « *Inebriatus est* », inquit dominus, « *gladius meus in caelo* » et tu pacem arbitraris in terra, quae tribulos generat et spinas, quam serpens comedit ? « *Non est nobis conluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus et potestates huius mundi et harum tenebrarum, adversus spiritalia nequitiæ in caelestibus.* »
 Magnis inimicorum circumdamur agminibus, hostium plena sunt omnia. Caro fragilis et cinis futura post modicum pugnat sola cum pluribus. Cum autem fuerit dissoluta et venerit princeps mundi istius et invenerit in ea nihil, tunc segura audies per prophetam : « *Non timebis a timore nocturno, a sagitta volante per diem, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et daemonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis, ad te autem non adpropinquabit* ». Quodsi eorum te multitudo turbaverit et ad singula incitamenta vitiorum coeperis aestuare et dixerit tibi cogitatio tua : 'Quid faciemus ?' respondebit Heliseus : « *Noli timere, quoniam plures nobiscum sunt quam cum illis* », et orabit et dicet : « *Domine, adaperi oculos puellae tuae et videat* ». Et apertis oculis videbis igneum currum qui te ad exemplum Heliae in astra sustollat, et tunc laeta cantabis : « *Anima nostra quasi passer erepta est de laqueo venantium : laqueus contritus est et nos liberati sumus.* »

4. Quamdiu hoc fragili corpusculo continemur, quamdiu « habemus thesaurum istum in vasis fictilibus » et concupiscit spiritus adversus carnem et caro adversus spiritum, nulla est certa victoria. Adversarius noster diabolus « *tamquam leo rugiens aliquid devorare quaerens circuit* ». « *Posuisti* », ait David, « *tenebras et facta est nox ; in ipsa pertransibunt omnes bestiae silvae, catuli leonum rugientes, ut rapiant et quaerant a Deo escam sibi.* » Non quaerit diabolus homines infideles, non eos qui foris sunt et quorum carnes rex in olla succendit Assyrius : de ecclesia Christi rapere festinat. Escae eius secundum Ambacum electae sunt ; Iob subvertere cupit, et devorato Iuda ad cribrandos apostolos expetit potestatem. Non venit salvator pacem mittere super terram, sed gladium. Cecidit Lucifer qui mane oriebatur, et ille qui in paradiso deliciarum nutritus est, meruit audire : « *Si alte feraris ut aquila, inde te detraham, dicit dominus* ». Dixerat enim in corde suo : « *Super sidera caeli ponam sedem meam et ero similis altissimo* ». Unde cotidie ad eos qui per scalam Iacob somniant descendunt loquitur Deus : « *Ego dixi : dii estis et filii altissimi omnes. Vos autem sicut homines moriemini et tamquam unus de principibus cadetis* ». Cecidit enim primus diabolus et, cum stet Deus in synagoga deorum, in medio autem deos discernat, apostolus eis qui dii esse desinunt, scribit : « *Ubi enim in vobis dissensiones et aemulationes, nonne homines estis et secundum hominem ambulatis ?* »

luttons, pour être couronnés ailleurs. Nul ne chemine tranquille parmi les serpents et scorpions. Le Seigneur a dit : « *Au ciel mon glaive s'est enivré* » (Is 34, 5), et tu croirais avoir la paix sur une terre qui engendre des ronces et des épines, de quoi se repaît le serpent ? « *Notre lutte n'est pas contre la chair et le sang, mais contre les principautés et puissances de ce monde et des ténèbres présent, contre les esprits mauvais dans les régions célestes.* » (Éph 6, 12) De gros bataillons d'ennemis nous environnent ; tout est plein d'êtres hostiles. Une chair pourtant fragile et qui bientôt deviendra cendre doit combattre seule contre plusieurs adversaires¹. Mais à l'heure où elle se dissoudra, quand se présentera le prince de ce monde, mais sans pouvoir pour y trouver rien qui relève de lui, alors te rassurera la parole du prophète : « *tu ne craindras pas les terreurs nocturnes, ni la flèche qui vole de jour, ni le danger qui rôde dans les ténèbres, ni l'attaque du démon de midi. À ton côté mille tomberont, et dix mille à ta droite, mais il n'approchera pas de toi.* » (Ps 90, 5-7) Si la multitude des ennemis te trouble, si tu te prends à brûler de quelque excitation vicieuse, si ta conscience te suggère : 'Qu'allons-nous pouvoir faire ?', Élisée répondra : « *Ne crains pas, plus nombreux sont nos auxiliaires que les leurs.* » (2 R 6, 15-17) Il dira dans sa prière : 'Seigneur, ouvre les yeux de ta fille, et qu'elle voie !' Tes yeux s'ouvriront, tu verras un char de feu qui, à l'exemple d'Élie, doit t'enlever au-dessus des astres, et alors tu chanteras joyeusement : « *Notre âme, telle un passereau, a été arrachée au lacet des chasseurs ; le lacet a été brisé et nous avons été délivrés !* » (Ps 123, 7)

4. Tant que ce pauvre corps fragile nous enveloppe, tant que nous « *possédons ce trésor dans des vases de terre* » (2 Co 4, 7), l'esprit convoite contre la chair et la chair contre l'esprit : nulle victoire n'est certaine. Notre ennemi le diable « *rôde, tel un lion rugissant qui cherche une proie à dévorer*² ». « *Tu as établi les ténèbres, ô Dieu !* dit David, *et la nuit s'est faite ; toutes les bêtes sauvages la parcourent, les lionceaux rugissent ; ils cherchent une proie pour se procurer la nourriture que Dieu leur ménage.* » (Ps 103, 20-21) Ceux que cherche le diable, ce ne sont pas les infidèles, ceux du dehors, dont le roi d'Assyrie fait bouillir les chairs dans sa marmite³, c'est du sein de l'Église du Christ qu'il a hâte de ravir ses victimes. Selon Habacuc, ses viandes sont de choix : il souhaite renverser Job, il dévore Judas et ensuite sollicite le pouvoir de « *cribler les apôtres*⁴ ». Le Sauveur n'est pas venu apporter sur la terre la paix, mais le glaive. Lucifer qui se levait dès le matin est tombé ; celui qui avait été nourri dans le jardin de délices⁵ mérita d'entendre : « *Si tu t'envolais aussi haut que l'aigle, j'irais t'en faire tomber* » (Abd 4), dit le Seigneur, car il avait dit dans son cœur : « *Au-dessus des astres du ciel, je placerai mon trône, et je serai semblable au Très-Haut.* » (Is 14, 13-14) Aussi Dieu adresse-t-il chaque jour ces paroles à ceux qui descendent l'échelle du songe de Jacob : « *J'ai dit : vous êtes tous dieux et fils du Très-Haut. Cependant, vous mourrez comme des hommes et vous tomberez comme l'un des princes.* » (Ps 81, 6-7) En effet, le diable est tombé le premier, et, lorsque Dieu se dresse dans l'assemblée des dieux et jugement publiquement les dieux, l'apôtre écrit à ceux qui cessent d'être des dieux : « *Quand il y a parmi vous des dissensions et des jalousies, n'êtes-vous pas de simples hommes, ne marchez-vous pas selon l'homme*⁶ ? » (1 Co 3, 3)

¹C'est-à-dire : les instincts physiques suffisent, dans beaucoup de cas, à faire succomber les ascètes, sans même l'intervention du démon.

²D'après 1 P 5, 8.

³D'après Am 4, 2.

⁴D'après Lc 22, 31.

⁵C'est-à-dire Adam.

⁶Selon le « *vieil homme* » que symbolise Adam pécheur, et non selon « *l'homme nouveau* » qui est le Christ.

5. Si Paulus apostolus, vas electionis et praeparatus in evangelium Christi, ob carnis aculeos et incentiva vitiorum reprimat corpus suum et servituti subicit, ne aliis praedicans ipse reprobis inveniatur, et tamen videt aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae et captivam se in lege peccati, si post nuditatem, ieiunia, famem, carcerem, flagella, supplicia in semet versus exclamat : « *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius ?* » tu te putas securam esse debere ? Cave, quaeso, ne quando de te dicat Deus : « *Virgo Isabel cecidit ; non est, qui suscitet eam* ». Audenter loquor : cum omnia Deus possit, suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de poena, sed non valet coronare corruptam. Timeamus illam prophetiam, ne in nobis etiam compleatur : « *et virgines bonae deficient* ». Observa, quid dicat : « *et virgines bonae deficient* » : quia sunt et virgines malae. « *Qui viderit* », inquit, « *mulierem ad concupiscendum* », iam « *moechatus est eam in corde suo* ». Perit ergo et mente virginitas. Ista sunt virgines malae, virgines carne, non spiritu, virgines stultae, quae oleum non habentes excluduntur ab sponso.

6. Si autem et illae virgines virgines sunt, ob alias tamen culpas virginitate corporum non salvantur, quid fiet illis, quae prostituerunt membra Christi et mutaverunt templum Sancti Spiritus in lupanar ? Ilico audient : « *Descende, sede in terra, virgo filia Babylonis, sede in terra : non est thronus filiae Chaldaeorum ; non vocaberis ultra mollis et delicata. Accipe molam, mole farinam, discoperi velamentum, denuda crura tua, transi flumina et revelabitur ignominia tua et apparebunt opprobria tua* », et hoc post Dei Filii thalamos, post oscula fratruelis et sponsi, illa de qua quondam sermo propheticus concinebat : « *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate* ». Nudabitur et posteriora eius ponentur in facie ipsius ; sedebit ad aquas solitudinis et posita base divaricabit pedes suos omni transeunti, et usque ad verticem polluetur. Rectius fuerat homini subisse coniugium, ambulasse per plana, quam ad altiora tendentem in profundum inferi cadere. Non fiat, obsecro, civitas meretrix fidelis Sion, ne post trinitatis hospitium ibi daemones saltent et sirenae, nidificent et hiricii. Non solvatur fascia pectoralis, sed statim ut libido titillaverit sensum, ut blandum voluptatis incendium dulci nos calore perfuderit, erumpamus in vocem : « *Dominus auxiliator meus, non timebo, quid faciat mihi caro* ». Cum paululum interior homo inter vitia atque virtutes coeperit fluctuare, dicito : « *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me ? Spera in Domino, quoniam confitebor illi, salutare vultus mei et Deus meus* ». Nolo sinas cogitationem crescere ; nihil in

5. Si Paul, l'Apôtre — vase de choix préparé en vue de l'évangile du Christ, à cause des aiguillons de la chair et des poussées du vice réprime son corps et le réduit en servitude, pour éviter que lui qui prêche aux autres soit, pour sa part, réprouvé⁷, mais, malgré ses efforts, remarque en ses membres une autre loi qui répugne à la loi de son esprit et le subjugue sous la loi du péché — si (dis-je), après avoir souffert nudité, jeûnes, faim, prison, fouets, supplices, lorsqu'il fait retour sur lui-même, Paul en vient à s'écrier : « *Malheureux homme que je suis, qui me libérera de cette mort ?* » (Ro 7, 24), toi tu crois devoir être en sécurité ? Attention, je te prie ; que jamais Dieu ne dise de toi : « *la vierge d'Israël est tombée ; il n'y a personne pour la relever !* » (Am 5, 2) Je vais m'exprimer avec audace : Dieu qui peut tout ne peut pas relever une vierge après sa ruine. Il peut bien la délivrer de la peine due à son péché, il ne peut pas la couronner, puisqu'elle a été déflorée. Craignons que ne s'accomplisse aussi à notre sujet cette prophétie : « *même les vierges vertueuses défailiront* » (Am 8, 13), car il y a aussi des vierges coupables : « *Qui regarde, dit Jésus, une femme pour la convoiter, l'a déjà violée dans son cœur* » (Mt 5, 28) ; donc la virginité peut se perdre aussi par la simple pensée. Ce sont là des vierges coupables — vierges charnellement, non spirituellement — vierges folles qui, n'ayant pas d'huile, sont exclues par l'époux du banquet nuptial⁸.

6. Mais si ces vierges-là sont aussi des vierges — bien qu'à cause de leurs autres fautes la virginité de leurs corps ne suffise pas à les sauver —, qu'advient-il de celles qui ont prostitué les membres du Christ et changé le temple du Saint-Esprit en lupanar⁹ ? Elles entendront aussitôt : « *Descends, assieds-toi par terre, vierge, fille de Babylone ; assieds-toi par terre ; point de trône pour la fille des Chaldéens ! On ne t'appellera plus désormais molle et délicate. Prends la meule, mouds la farine, écarte ton voile, dénude tes jambes pour passer les torrents ; alors sera dévoilée ton ignominie et apparaîtra ton opprobre...* » (Is 47, 1-3), et cela après avoir partagé les noces du Fils de Dieu, après les baisers du cousin¹⁰ et de l'époux ! C'est pourtant celle dont jadis l'oracle prophétique chantait : « *La reine est assise à ta droite dans une robe dorée, entourée de broderies.* » (Ps 44, 10) Elle sera dénudée et l'on verra ses parties honteuses ; elle s'assiera près des eaux du désert et, dans une posture indécente, elle s'abandonnera à tous les passants, qui la souilleront des pieds jusqu'au chef¹¹. Il eût mieux valu subir le mariage avec un homme, cheminer dans la plaine, plutôt que d'aspirer aux sommets et de choir au fond du gouffre ! Je t'en prie, qu'elle ne devienne pas une cité courtisane, la fidèle Sion ; qu'après qu'elle aura été l'asile de la Trinité, les démons n'y dansent pas ni les sirènes, que les hérissons n'y fassent pas leur nid ! Que sa guimpe pectorale ne se délance pas, mais dès que l'instinct chatouille les sens, dès que le doux incendie de la volupté nous pénètre de son agréable chaleur, écrions-nous aussitôt : « *Le Seigneur est mon auxiliaire, je ne craindrai pas ce que peut me faire la chair !* » (Ps 97, 6) Que si l'homme intérieur se met à vaciller un peu entre le vice et la vertu, tu diras : « *Pourquoi es-tu triste, ô mon âme, et pourquoi me troubles-tu ? Espère dans le Seigneur ! Oui, je le glorifierai, car il est le sauveur de ma face ; il est mon Dieu.* » (Ps 41, 6-7) Je ne voudrais pas que tu laisses la mauvaise

⁷ Allusion 1 Co 9, 27.

⁸ Allusion à la parabole célèbre de Mt 25, 1-12.

⁹ Cette doctrine est très fréquemment exposée dans le Nouveau Testament, p. ex. 1 Co 6, 15.

¹⁰ Cousin à ici le sens d'amant.

¹¹ Cette comparaison réaliste n'est pas de l'invention de saint Jérôme ; elle se rencontre fréquemment dans les écrits des prophètes (par exemple Éz 16).

te Babylonium, nihil confusionis adolescat. Dum parvus est hostis, interfice ; nequitia elidatur in semine. Audi psalmistam loquentem : « *Filia Babylonis misera, beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam ; beatus qui tenebit et adlidet parvulos tuos ad petram* ». Quia ergo impossibile est in sensum hominis non intruere notum medullarum calorem, ille laudatur, ille praedicatur beatus qui, statim ut coeperit cogitare, interfecit cogitatus et elidit eos ad petram : petra autem est Christus.

7. O quotiens in heremo constitutus et in illa vasta solitudine, quae exusta solis ardoribus horridum monachis praestat habitaculum, putavi me Romanis interesse deliciis ! Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebam sacco membra deformis, squalida cutis situm Aethiopicae carnis adduxerat. Cotidie lacrimae, cotidie gemitus et, si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa haerentia conlidebar. De cibis vero et potu taceo, cum etiam languentes aqua frigida utantur et coctum aliquid accepisse luxuriae sit. Ille igitur ego, qui ob gehennae metum tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius et ferarum, saepe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiuniis et mens desiderii aestuabat in frigido corpore, et ante hominem suum iam carne praemortua sola libidinum incendia bulliebant.

Itaque omni auxilio destitutus ad Iesu iacebam pedes, rigabam lacrimis, crine tergebam et repugnantem carnem ebdomadaram inedia subiugabam. Non erubesco infelicitatis meae, quin potius plango non esse quod fuerim. Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius a pectoris cessasse verberibus quam Domino rediret increpante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationum consciam pertimescebam, et mihimet iratus et rigidus solus deserta penetra- bam. Sicubi concava vallium, aspera montium, rupium praerupta cernebam, ibi meae orationi locus, illud miserrimae carnis ergastulum ; et, ut mihi ipse testis est Dominus, post multas lacrimas, post caelo oculos inhaerentes nonnumquam videbar mihi interesse agminibus angelorum, et laetus gaudensque cantabam : « *Post te in odorem unguentorum tuorum currimus.* »

8. Si autem haec sustinent illi qui exeso corpore solis cogitationibus oppugnantur, quid patitur puella quae deliciis fruitur ? Nempe illud apostoli : « *Vivens mortua est.* » Si quid itaque in me potest esse consilii, si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Haec adversus adulescentiam prima arma sunt daemonum. Non sic avaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio. Facile aliis

pensée progresser ; que rien ne germe en toi de Babylonien, c'est-à-dire de trouble ; pendant que l'ennemi est encore petit, tue-le ! Que la malice soit écrasée dans le germe même. Écoute parler le psalmiste : « *Fille de Babylone, misérable, heureux qui t'infligera le châtement que tu mérites ; heureux qui saisira tes petits pour les écraser contre le rocher !* » (Ps 136, 8-9) Il est impossible que les sens de l'homme ne soient pas envahis de cette chaleur des moelles¹² que chacun connaît. Mais celui-là est digne de louanges, celui-là est appelé bienheureux qui, à peine nées les mauvaises pensées, les tue et les écrase contre le rocher ; or, ce rocher, c'est le Christ.

7. Oh ! Combien de fois, moi, qui étais installé dans le désert, dans cette vaste solitude torrifiée d'un soleil ardent¹³, affreux habitat offert aux moines, je me suis cru mêlé aux plaisirs de Rome ! J'étais assis, solitaire, car l'amertume m'avait envahi tout entier. Mes membres déformés se hérissaient d'un sac. Malpropre, ma peau rappelait l'aspect minable de l'épiderme d'un nègre. Chaque jour pleurer, chaque jour gémir ! Toutes les fois que, malgré mes résistances, le sommeil m'accablait soudain, mes os, presque désarticulés, se brisaient sur le sol nu. De la nourriture et de la boisson, je ne dis rien : les malades eux-mêmes n'usent que d'eau froide ; accepter un plat chaud, c'est un excès. Or, donc, moi, oui, moi-même, qui, par crainte de la géhenne, m'étais personnellement infligé une si dure prison, sans autre société que les scorpions et les bêtes sauvages, souvent je croyais assister aux danses des jeunes filles. Les jeûnes avaient pâli mon visage, mais les désirs enflammaient mon esprit, le corps restant glacé ; devant ce pauvre homme, déjà moins chair vivante que cadavre, seuls bouillonnaient les incendies des voluptés !

Privé de toute aide, je gisais donc aux pieds de Jésus, je les arrosais de mes larmes, je les essuyais de mes cheveux ; ma chair rebelle, je la domptais par une abstinence de plusieurs semaines. Je ne rougis pas de mon infortune ; bien plutôt, je déplore de n'être plus ce que j'étais alors¹⁴. Il m'en souvient : fréquemment, mes cris joignaient le jour à la nuit, et je ne cessais de me frapper la poitrine que quand les menaces du Maître avaient ramené le calme¹⁵. Ma cellule elle-même, j'en venais à la redouter, comme si elle était complice de mes pensées impures. Irrité contre moi, dur à moi-même, j'allais seul plus avant dans le désert. Une vallée profonde, une âpre montagne, des rochers abrupts étaient-ils en vue, j'y installais ma prière et l'ergastule de ma misérable chair. Le Seigneur même m'en est témoin : après avoir beaucoup pleuré et fixé mes regards au ciel, il me semblait parfois être mêlé aux cohortes des anges ; alors, plein de joie et d'allégresse, je chantais : « *Après toi nous courons, à l'odeur de tes parfums !* » (Cant 1, 3).

8. Si telles sont les épreuves que supportent ceux-là même dont le corps est tout décharné et n'ont donc à soutenir que l'assaut des pensées, que peut bien éprouver une jeune fille qui vit dans les délices ? Voici son cas, d'après l'Apôtre : « *Vivante, elle est morte !* » (1 Tim 5, 6) Si je suis à même de donner un conseil, si l'on fait crédit à mon expérience, voici mon premier avis, ou plutôt ma supplication : que l'épouse du Christ fuie le vin comme du poison ! Telle est, contre la jeunesse, la première arme des démons. Moindre est le choc de l'avarice, l'enflure de l'orgueil, le

¹² Cf. *Énéide* 8, 389.

¹³ Cf. SALLUSTE, *Jugurtha* 19, 6.

¹⁴ C'est-à-dire : de n'être plus aussi fervent qu'au début de ma profession monacale.

¹⁵ Allusion au miracle de la tempête apaisée, *Lc* 8, 24. Les « menaces » du Maître ne s'adressaient pas au saint moine, mais aux éléments déchaînés et aux démons qu'ils représentent.

caremus vitiis : hic hostis intus inclusus est. Quocumque pergimus, nobiscum portamus inimicum. Vinum et adulescentia duplex incendium voluptatis. Quid oleum flammae adicimus ? Quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus ? Paulus ad Timotheum : « *Iam noli* », inquit, « *aquam bibere, sed vino modico utere propter stomachum et frequentes tuas infirmitates* ». Vide quibus causis vini potio concedatur : vix hoc stomachi dolor et frequens meretur infirmitas. Et ne nobis forsitan de aegrotationibus blandiremur, modicum praecepit esse sumendum, medici potius consilio quam apostoli — licet et apostolus sit medicus spiritalis — et ne Timotheus inbecillitate superatus evangelii praedicandi non posset habere discursus. Alioquin se dixisse meminerat et : « *vinum, in quo est luxuria* », et : « *bonum est homini vinum non bibere et carnem non manducare* ».

Noe vinum bibit et inebriatus est rudi adhuc saeculo ; et tunc primum plantavit vineam : inebriare vinum forsitan nesciebat. Et ut intellegas scripturae in omnibus sacramentum — margarita quippe est sermo Dei et ex omni parte forari potest — post ebrietatem nudatio femorum subsecuta est, libido iuncta luxuriae. Prius venter et statim cetera ; manducavit enim populus et bibit, « *et surrexerunt ludere* ».

Loth, amicus Dei, in monte salvatus et de tot milibus populi solus iustus inventus inebriatur a filiabus suis ; et licet putarent genus hominum defecisse et hoc facerent liberorum magis desiderio quam libidinis, tamen virum iustum sciebant hoc nisi ebrium non esse facturum ; denique quid fecerit ignoravit : et — quamquam voluntas non sit in crimine, error in culpa est — inde nascuntur Moabitae et Ammanitae, inimici Israhel, qui usque ad quartam et decimam progeniem et usque in aeternum non ingrediuntur ecclesiam Dei.

9. Helias, cum Iezabel fugeret et sub quercu fessus iaceret, veniente ad se angelo suscitatur et dicitur ei : « *Surge et manduca* ». Et respexit, et ecce ad caput eius panis olyrae et vas aquae. Revera non poterat Deus conditum ei merum mittere et ex oleo cibos et carnes contusione mutatas ? Heliseus filios prophetarum invitat ad prandium et herbis agrestibus eos alens consonum prandentium audit clamorem : « *Mors in olla, homo Dei* » ! Non iratus est cocis — lautioris enim mensae consuetudinem non habebat —, sed farina desuper iacta amaritudinem dulcoravit eadem spiritus virtute qua Moyses mutaverat Merra. Necnon et illos qui ad se comprehendendum venerant, oculis pariter ac mente caecatos, cum Samariam nescios induxisset, qualibus epulis refici imperarit ausculta : « *Pone eis panem et aquam ; et manducent et*

charme de l'ambition. Nous nous passons plus aisément d'autres vices ; dans le cas présent, l'adversaire est enfermé à l'intérieur de la place ; où que nous allions, nous portons avec nous notre ennemi. Vin et jeunesse : double fournaise de volupté. Pourquoi jeter de l'huile sur le feu ? Pourquoi à ce jeune corps ardent fournir l'aliment de ses flammes ? Paul à Timothée : « *Ne bois plus désormais d'eau pure, mais use d'un peu de vin à cause de ton estomac et de tes indispositions répétées.* » (1 Tim 5, 23) Vois de quels motifs dépend la permission de boire du vin : c'est à peine si la justifient les maux d'estomac et les indispositions répétées, et, pour nous empêcher de nous dorloter à l'occasion des maladies, il ordonne de n'en prendre qu'un peu. C'est un conseil de médecin plutôt que d'apôtre — bien que l'apôtre soit aussi un médecin spirituel —, dans la crainte que Timothée, vaincu par la faiblesse physique, ne puisse pas continuer ses tournées de prédication évangélique¹⁶. Sinon, il se serait souvenu d'avoir dit : « *Le vin, en qui réside la luxure* » (Éph 5, 18), et : « *Il vaut mieux pour l'homme de ne pas boire de vin, de ne pas manger de viande !* » (Ex 32, 6)

Noé a bu du vin et s'est enivré, le monde étant encore fruste¹⁷ ; car il avait été le premier à planter la vigne et peut-être ignorait-il que le vin enivrât. Et, pour que tu comprennes complètement le mystère de l'Écriture — car la parole de Dieu est une perle qu'on peut percer de part en part —, après l'ébriété survint la nudité des cuisses : volupté jointe à l'excès de bouche. D'abord le ventre, et aussitôt le reste : « *Le peuple mangea et but, puis ils se levèrent pour se livrer à la débauche.* »

Loth, l'ami de Dieu, sauvé dans la montagne¹⁸ et trouvé seul juste parmi des milliers de gens, est enivré par ses filles ; elles pensaient, il est vrai, que la race humaine avait péri, et, ce faisant, elles recherchaient plutôt les enfants que la volupté. Cependant, elles savaient bien que cet homme juste ne l'aurait pas fait, s'il n'eût été ivre. Ensuite, il ne savait plus ce qu'il faisait. (Ainsi la volonté ne saurait être incriminée, et il y a plutôt erreur que faute.) Pourtant, de ce commerce naissent Moabites et Ammonites, ennemis d'Israël, qui, jusqu'à la quatorzième génération, c'est-à-dire à jamais, ne peuvent entrer dans l'église de Dieu.

9. Élie, fuyant Jézabel, se couche, fatigué, sous un chêne ; un ange vient à lui, l'éveille « *et lui dit : 'Debout ! mange !' Il regarda, et il y avait près de sa tête un pain d'épeautre¹⁹ et un vase d'eau.* » (1 R 19, 5-6) En vérité, Dieu n'aurait-il pas pu lui envoyer du vin pur aromatisé, des plats cuits à l'huile et de la face de viande pilée ? Élisée invite à déjeuner les fils des prophètes ; c'est pendant qu'il les nourrissait de légumes sauvages qu'il entend les convives s'écrier de concert : « *La mort est dans la marmite, homme de Dieu !* (2 R 4, 40) » Sans s'indigner contre les cuisiniers — car il n'avait pas l'habitude d'une table soignée —, il y jeta de la farine pour en adoucir l'amertume, par la même vertu spirituelle dont Moïse usa pour changer Merra²⁰ en eau douce. Une autre fois, quand il eut amené, à leur insu, à Samarie les soldats venus pour se saisir de lui, après avoir aveuglé tout ensemble leurs yeux et leur esprit, quels mets commanda-t-il pour leur réfection ? Écoute : « *Place*

¹⁶ Timothée fut l'un des compagnons habituels de saint Paul dans ses missions. Il était chétif et timide, malgré son énergie. Cf. SPICQ, *Les épîtres pastorales*, 1947, p. xxxv.

¹⁷ C'est-à-dire : peu civilisé, inexpérimenté.

¹⁸ Où il s'était établi pour fuir le cataclysme de Sodome, Gn 19, 30-38. Les descendants des filles de Loth étaient réprouvés en raison de leur origine.

¹⁹ Céréale apparentée au blé, mais de qualité inférieure.

²⁰ Le point d'eau appelé Mara, dont Moïse adoucit miraculeusement les eaux saumâtres (d'après Ex 15, 25).

bibant et remittantur ad dominum suum ». Potuit et Danihelo de regis ferculis opulentior mensa transferri, sed Ambacum messorum prandium portat, arbitror, rusticorum. Ideoque et 'desideriorum vir' appellatus est, quia panem desiderii non manducavit et vinum concupiscentiae non bibit.

10. Innumerabilia sunt scripturis respersa divinis, quae gulam damnent et simplices cibos praebeant ; verum quia nunc non est propositum de ieiuniis disputare, et universa exsequi sui est tituli et voluminis, haec sufficiant pauca de plurimis. Alioquin ad exemplum horum poteris tibi ipsa colligere, quomodo et primus de paradiso homo ventri magis oboediens quam Deo in hanc lacrimarum deiectus est vallem, et ipsum Dominum fame Satanas temptaverit in deserto, et apostolus clamitet : « *Esca ventri et venter escae, Deus autem et hunc et illa destruet* », et de luxuriosis : « *Quorum deus venter est* ». Id enim colit unusquisque quod diligit. Ex quo sollicite providendum est ut, quos saturitas de paradiso expulit, reducat esuries.

11. Quodsi volueris respondere te nobili stirpe generatam, semper in deliciis, semper in plumis, non posse a vino et esculentioribus cibis abstinere nec his legibus vivere districtus, respondebo : « *Vive ergo lege tua, quae Dei non potes* ». Non quo Deus, universitatis creator et dominus, intestinorum nostrorum rugitu et inanitate ventris pulmonumque delectetur ardore, sed quo aliter pudicitia tuta esse non possit. Iob Deo carus et testimonio ipsius immaculatus et simplex, audi quid de diabolo suspicetur : « *Virtus eius in lumbis et potestas eius in umbilico* ». Honesti viri mulierisque genitalia inmutatis sunt appellata nominibus. Unde et de lumbis David super sedem eius promittitur esse sessurus ; et septuaginta et quinque animae introierunt Aegyptum, quae exierunt de femore Iacob, et postquam conluctante Deo latitudo femoris eius emarcuit, a liberorum opere cessavit ; et qui pascha facturus est, accinctis mortificatisque lumbis facere praecipitur ; et ad Iob dicit Deus : « *Accingere sicut vir lumbos tuos* » ; et Iohannes zona pellicia cingitur ; et apostoli iubentur accinctis lumbis habere in manibus evangelii lucernas. Ad Hierusalem vero, quae respersa sanguine in campo invenitur erroris, in Ezechiel dicitur : « *Non est praecisus umbilicus tuus* ». Omnis igitur adversus viros diaboli virtus in lumbis est, omnis in umbilico contra feminas fortitudo.

12. Vis scire ita esse ut dicimus ? Accipe exempla. Sampson leone fortior, saxo durior et qui unus et nudus mille est persecutus armatos, in Dalilae mollescit amplexibus ; David secundum cor domini electus et qui venturum Christum sancto saepe ore cantaverat, postquam deambulans super tectum domus suae Bethsabeae captus est nuditate, adulterio iunxit homicidium. Ubi et illud breviter adtende, quod nullus sit, etiam in domo, tutus

devant eux du pain et de l'eau ! Qu'ils mangent et boivent ; puis qu'on les renvoie à leur maître ! » (2 R 6, 22) À Daniel aussi, on aurait pu dresser une table opulente avec les mets royaux ; mais c'est le repas des moissonneurs que lui porte Habacuc ; il était, je pense, fort rustique²¹ ! Et on l'a appelé 'l'homme de désirs', parce qu'il n'a ni mangé le pain du désir, ni bu le vin de la concupiscentie.

10. Innombrables sont les textes parsemés dans les divines Écritures, qui condamnent la gourmandise et mettent en lumière la simplicité dans la nourriture ; mais mon but présent n'est pas de dissenter du jeûne. Un traité complet exigerait un titre et un volume à part. Contentons-nous de ces quelques considérations entre mille. Tu pourras du reste te composer un recueil personnel d'après les échantillons que voici : comment, du paradis, le premier homme lui-même, pour avoir obéi à son ventre plutôt qu'à Dieu, fut expulsé vers cette vallée de larmes ; c'est par la faim que Satan, au désert, a tenté le Seigneur lui-même ; l'Apôtre s'écrire : « *La nourriture est pour le ventre, et le ventre pour la nourriture, mais Dieu détruira l'un et l'autre* » (1 Co 6, 13), et au sujet des luxurieux : « *Leur dieu, c'est le ventre* » (Phi 3, 19) ; chacun, en effet, adore ce qu'il aime. Il s'ensuit ce conseil pressant : ceux que la glotonnerie a chassés du paradis, que la faim les y ramène !

11. Que si tu veux répondre qu'issue de noble race, toujours dans les délices, toujours dans le duvet, tu ne peux ni te passer de vin ou de plats nourrissants, ni vivre très chichement d'après cette loi que je t'expose, je te rétorquerai : « Vis donc sous ta propre loi, toi qui ne peux vivre sous celle de Dieu ! » Ce n'est pas que Dieu, créateur et maître de l'univers, trouve plaisir aux rugissements de nos intestins, au vide de l'estomac, à la brûlure des poumons. Mais c'est qu'autrement la pureté ne saurait être en sécurité. Job, cher à Dieu et d'après son propre témoignage, immaculé et simple, écoute de quoi il soupçonne le diable : « *Sa force est dans les reins et sa puissance dans le nombril* ». (Jb 40, 11) C'est une manière honnête de désigner par des euphémismes les parties génitales de l'homme et de la femme. Exemples : on promet qu'un personnage sorti des reins de David s'assoiera sur son trône ; soixante-quinze âmes entrèrent en Égypte, qui étaient issues de la cuisse de Jacob ; le même, après sa lutte avec Dieu²², lorsque l'épaisseur de sa hanche se fut desséchée, cessa de procréer des enfants ; celui qui doit célébrer la fête de Pâques à l'ordre de le faire les reins ceints et mortifiés ; Dieu dit à Job : « *Ceins tes reins comme un homme* » (Jb 38, 3) ; Jean est ceint d'une ceinture de peau ; les apôtres ont l'ordre de ceindre leurs reins et de tenir en leurs mains les flambeaux de l'Évangile ; quant à Jérusalem, qui, couverte de sang, se trouve dans la plaine de l'erreur, il lui est dit, en Ézéchiël : « *Ton nombril n'a pas été réséqué* ». (Éz 16, 4) Oui, contre les hommes, toute la vertu du diable est dans leurs reins ; c'est dans leur nombril qu'est toute la force contre les femmes.

12. Veux-tu savoir s'il en est bien ainsi ? Voici des exemples. Samson, plus fort que le lion, plus dur que le rocher, qui, seul et nu, avait poursuivi mille hommes armés, mollit parmi les baisers de Dalila ; David, l'élu selon le coeur du Seigneur, avait souvent de sa sainte bouche chanté le Christ à venir ; mais, après que, se promenant sur le toit de sa maison, il eut été séduit par la nudité de Bethsabée, à l'adultère il joignit l'homicide (à ce propos, une brève remarque : aucun regard n'est absolument sûr, même quand on est chez soi). Aussi s'adresse-t-il à Dieu comme pénitent, en

²¹ D'après Dn 14, 32. Daniel, déjà dans la fosse aux lions, est nourri par Habacuc, qui lui apporte le frugal repas de ses ouvriers.

²² D'après Gn 32, 25.

aspectus. Quapropter ad Deum paenitens loquitur : « *Tibi soli peccavi et malum coram te feci* ». Rex enim alium non timebat. Salomon, per quem se cecinit ipsa sapientia, qui « *disputavit a cedro Libani usque ad hysopum quae exit per parietem* », recessit a domino quia amator mulierum fuit. Et ne aliquis etiam de sanguinis sibi propinquitate confideret, in illicitum Thamar sororis Amnon frater exarsit incendium.

13. Piget dicere quot cotidie virgines ruant, quantas de suo gremio mater perdat ecclesia, supra quot sidera superbus inimicus ponat thronum suum, quot petras excavet et habitet coluber in foraminibus earum. Videas plerasque viduas ante quam nuptas infelicem conscientiam mentita tantum veste protegere, quas nisi tumor uteri et infantum prodiderit vagitus, erecta cervice et ludentibus pedibus incedunt. Aliae vero sterilitatem praebibunt et necdum sati hominis homicidium faciunt. Nonnullae, cum se senserint concepisse de scelere, aborti venena meditantur et frequenter etiam ipsae commortuae trium criminum reae ad inferos perducuntur, homicidae sui, Christi adulterae, necdum nati filii parricidae.

Istae sunt quae solent dicere : 'Omnia munda mundis'. 'Sufficit mihi conscientia mea. Cor mundum desiderat Deus. Cur me abstinence a cibis, quos Deus creavit ad utendum ?' Et si quando lepidae et festivae volunt videri et se mero ingurgitaverint, ebriati sacrilegium copulantes aiunt : 'Absit, ut ego me a Christi sanguine abstinenceam'. Et quam viderint tristem atque pallentem, miseram et monaeham et Manicheam vocant, et consequenter ; tali enim proposito ieiunium heresis est. Hae sunt, quae per publicum notabiliter incedunt et furtivis oculorum nutibus adolescentium gregem post se trahunt, quae semper audiunt per prophetam : « *Fades meretricis facta est tibi, impudorata es tu* ». Purpura tantum in veste sit tenuis et laxius, ut crines decidant ligatum caput, soccus vilior et per umeros maforte volitans, strictae manicae brachiiis adhaerentes et solutis genibus fractus incessus : haec est apud illas tota virginitas. Habeant istiusmodi laudatores suos, et sub virginali nomine lucrosius pereant : libenter talibus non placemus.

14. Pudet dicere, pro nefas ! Triste sed verum est : unde in ecclesias agapetarum pestis introit ? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum ? Immo unde novum concubinarum genus ? Plus inferam : unde meretrices univirae ? Eadem domo, uno cubiculo, saepe uno tenentur et lectulo, et suspiciosos nos vocant si aliquid aestimemus. Frater sororem virginem deserit, caelibem spernit virgo germanum et, cum in eodem proposito esse se simulent, quaerunt alienorum spiritale solacium, ut domi habeant carnale

ces termes : « *Contre toi seul j'ai péché, et j'ai fait le mal devant toi* » (Ps 50, 6) ; (comme roi, en effet, il n'avait personne d'autre à craindre). Salomon, par qui la Sagesse elle-même s'est changée, Salomon, qui « *a traité* » de tout, « *depuis le cèdre du Liban jusqu'à l'hysop qui sort de la muraille* » (1 R 4, 33), s'est éloigné du Seigneur pour avoir trop aimé les femmes. Que nul ne se rassure sur la consanguinité la plus proche : Amnon, son frère, brûla d'une flamme illégitime pour Thamar, sa soeur !

13. On a regret de le dire : que de vierges tombent tous les jours, combien l'Église notre mère en perd-elle, échappées de son giron ! Sur combien d'astres l'orgueilleux ennemi n'asseoit-il pas son trône ! Que de rochers il parvient à miner, aux failles desquelles habitera le Serpent ! On peut en voir beaucoup, veuves avant que mariées, dont la misérable conscience n'est protégée que par le mensonge du vêtement : à moins que ne les trahisse le gonflement du sein ou le vagissement des enfants, elles marchent la tête haute et les pieds frétilants. D'autres dégustent d'avance les commodités de la stérilité ; elles tuent un être humain avant qu'il ne soit procréé. Plusieurs, quand elle s'aperçoivent qu'elles ont conçu dans le crime, songent aux poisons qui font avorter. Souvent elles en meurent aussi de même coup. Alors, coupables d'un triple crime, elles sont traînées aux enfers : suicidées, adultères du Christ, parricides d'un enfant non encore né.

Cave ne domum exeas, ne velis videre filias regionis alienae, quamvis fratres habeas patriarchas et Israhel parente laeteris : Dina egressa corrumpitur. Nolo te sponsum quaerere per plateas, nolo circumire angulos civitatis. Dicas licet : « *Surgam et circumibo in civitate, in foro et in plateis et quaeram quem dilexit anima mea* », et interroges : « *Numquid quem dilexit anima mea vidistis ?* » nemo tibi respondere dignabitur. Sponsus in plateis non potest inveniri — « *Arta et angusta via est quae ducit ad vitam* » — ; denique sequitur : « *Quaesivi eum et non inveni eum, vocavi eum et non respondit mihi* ». Atque utinam non invenisse sufficiat ! Vulneraberis, nudaberis et gemebunda narrabis : « *Invenerunt me custodes qui circummeunt civitatem ; percusserunt me, vulneraverunt me, tulerunt theristrum meum a me* ».

t'empêcher, qu'ils craignent les fléaux de Pharaon, qui, ayant refusé de laisser partir le peuple de Dieu pour l'adorer, a souffert ce que relate l'Écriture.

Jésus, entré dans le temple, expulsa tout ce qui n'était pas du temple. Dieu, en effet, est jaloux, il n'admet pas que, de la maison de son Père, on fasse une caverne de brigands. Du reste, là où l'on compte l'argent, là où sont les cages des colombes, là aussi est mise à mort la simplicité ; quand, dans un coeur virginal, bouillonne le souci des affaires du siècle, aussitôt le voile du temple se déchire ; l'époux se lève irrité et s'écrie : « *On vous laissera votre maison déserte !* » (Mt 23, 38) Lis l'Évangile, vois comme Marie, assise aux pieds du Seigneur, est préférée à Marthe l'empressee — et pourtant Marthe remplissait avec soin le devoir de l'hospitalité en préparant un repas au Seigneur et à ses disciples. « *Marthe, dit-il, Marthe, tu es soucieuse et troublée à l'excès ! on n'a pas besoin de grand'chose, peut-être d'une seule. Marie a choisi la meilleure part, elle ne lui sera pas enlevée.* » (Lc 10, 41-42) Sois Marie, toi aussi ; au repas préfère la doctrine. Que tes soeurs s'affairent pour chercher comme recevoir le Christ, toi, rejette une fois pour toutes le fardeau du siècle, reste assise aux pieds du Seigneur et dis : 'J'ai trouvé celui que cherchait mon âme, je le tiens et ne le lâcherai pas.' Et puisse-t-il répondre : « *unique est ma colombe, ma parfaite, elle est l'unique de sa mère, l'élue de sa génitrice* » (Cant 6, 8), c'est-à-dire de la Jérusalem céleste.

25. Que toujours te garde le secret de ta chambre, que toujours à l'intérieur l'Époux y joue avec toi. Tu pries, c'est parler à l'Époux ; tu lis, c'est lui qui te parle. Puis, quand le sommeil t'aura accablée, il viendra derrière la cloison, passera sa main par le guichet et touchera ton corps. Alors tu te lèveras, frissonnante, et tu diras : « *Je suis blessée d'amour* » (Cant 5, 8) ; puis tu l'entendras encore : « *C'est un jardin clos, ma soeur et mon épouse, un jardin clos, une source scellée.* » (Cant 4, 12)

Garde-toi de sortir pour aller dans la maison³⁶, ne cherche pas à voir les filles d'un pays étranger³⁷, puisque les patriarches sont tes frères et que tu as la joie qu'Israël soit ton père. Dina sort, elle est violée ! Je ne veux pas que tu cherches ton époux à travers les places³⁸, ni que tu fasses le tour des coins de la cité. Tu auras beau dire : « *Je me lèverai, je circulerai dans la cité, au forum et sur les places ; j'y chercherai celui qu'aime mon âme* » (Cant 3, 2), et questionner : « *Celui qu'aime mon âme, ne l'avez-vous pas vu ?* » (Cant 3, 3) Nul ne daignera te répondre. Ce n'est pas sur les places qu'on peut trouver l'Époux « *il est, au contraire, étroit et resserré le chemin qui conduit à la Vie* » (Mt 7, 14), et voici la suite : « *Je l'ai cherché sans le trouver, je l'ai appelé et il ne m'a pas répondu.* » (Cant 5, 6) Plaise au ciel qu'il n'y ait rien de pire que de ne pas l'avoir trouvé ! Blessée, dénudée, gémissante, tu feras ce récit : « *Ils m'ont trouvée, les gardes qui circulent en ville, ils m'ont frappée, ils m'ont blessée, ils m'ont enlevé ma robe légère d'été !* » (Cant 5, 7)

³⁶ Le palais de Paula, où Eustochie habitait une chambre retirée. La vigilance n'était pas superflue. Poussée par son mari Hymatius, la propre tante d'Eustochie, Prétextata, s'empara un jour par force de sa personne, accomoda sa chevelure et ses vêtements au goût de la mode et prétendit faire rentrer dans le circuit mondain cette jeune fille de dix-sept à dix-huit ans.

³⁷ Gn 34.

³⁸ En sortant de sa chambre, même pour se rendre dans le palais de sa mère, Eustochie rencontrerait des femmes ou des filles de l'aristocratie, les unes encore païennes, les autres purement mondaines, d'une religion moins élevée et moins exigeante, étrangère à son unique préoccupation, qui est de chercher Dieu. D'autre part, Dieu est 'jaloux', comme en témoignent maints passages des Écritures. De même qu'il abhorrait toute trace de polythéisme, de même Jésus ne veut pas d'un coeur partagé.

Si autem hoc exiens patitur illa quae dixerat : « *Ego dormio et cor meum vigilat* », et : « *Fasciculus stactae fratrueus meus mihi, in medio uberum meorum commorabitur* », quid de nobis fiet quae adhuc adulescentulae sumus, quae sponsa intrante cum sponso remanemus extrinsecus ? Zelotypus est Iesus, non vult ab aliis videri faciem tuam. Excuses licet atque causeris : 'Adducto velamine ora contexi, te quaesivi, tibi dixi : « *Adnuntia mihi quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie, ne quando fiam sicut cooperta super greges sodalium tuorum* », indignabitur, tumebit et dicet : « *Si non cognoveris temet ipsam, o pulchra in mulieribus, egredere tu in vestigiis gregum et pasce haedos tuos in tabernaculis pastorum* ». 'Sis', inquit, 'pulchra et inter omnes mulieres species tua diligatur ab sponso, nisi te cognoveris et omni custodia servaveris cor tuum, nisi oculos iuvenum fugeris, egredieris de thalamo meo, et pascas haedos qui staturi sunt a sinistris.'

26. Itaque, mi Eustochia, filia, domina, conserva, germana, — aliud enim aetatis, aliud meriti, illud religionis, hoc caritatis est nomen — audi Esaïam loquentem : « *Populus meus, intra in cubicula tua, claude ostium tuum, abscondere pusillum quantum, donec pertranseat ira domini* ». Foris vagentur virgines stultae, tu intrinsecus esto cum sponso, quia, si ostium clauderis et secundum evangelii praeceptum in occulto oraveris patrem tuum, veniet et pulsabit et dicet : « *Ecce ego sto ante ianuam et pulso. Si quis mihi aperuerit, intrabo et cenabo cum eo et ipse mecum* », et tu statim sollicita respondebis : « *Vox fratrueus mei pulsantis : aperi mihi, soror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea* ». Nec est quod dicas : « *Dispoliavi me tunicam meam, quomodo induar eam ? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos ?* » Illico surge et aperi, ne te remorante pertranseat et postea conqueraris dicens : « *Aperui ego fratruei meo, fratrueus meus pertransiit* ». Quid enim necesse est, ut cordis tui ostia clausa sint sponso ? Aperiantur Christo, claudantur diabolo secundum illud : « *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum ne dederis ei* ». Danihel in cenaculo suo — neque enim manere poterat in humili — fenestras ad Hierusalem apertas habuit : et tu habeto fenestras apertas, sed unde lumen introeat, unde videas civitatem Dei. Ne aperias illas fenestras, de quibus dicitur : « *Mors intravit per fenestras vestras* ».

27. Illud quoque tibi vitandum est cautius, ne vanae gloriae ardore capiaris. « *Quomodo* », inquit Iesus, « *potestis credere gloriam ab hominibus accipientes ?* » Vide quale malum sit, quod qui habuerit non potest credere. Nos vero dicamus : « *Quoniam gloriatio mea es tu* », et : « *Qui gloriatur, in Domino gloriatur* », et : « *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem* », et : « *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego*

Si tels sont les traitements qu'endure, parce qu'elle est sortie, celle qui avait dit : « *Je dors, mais mon coeur veille* » (Cant 5, 2) et « *mon cousin est pour moi comme un bouquet de myrrhe, il demeurera au milieu de mes seins* » (Cant 1, 13), qu'advient-il de nous, qui ne sommes encore que des adolescentes, et qui, lorsque l'épouse entre avec l'époux, demeurons dehors³⁹ ? Il est jaloux, Jésus, il ne veut pas que d'autres voient son visage. Tu allégueras excuses et prétextes : 'J'ai baissé mon voile pour cacher mon visage, je t'ai cherché, je t'ai dit : « *Enseigne-moi, ô l'aimé de mon âme, où tu fais paître, où tu te reposes à midi, afin que je n'erre pas comme si j'étais couverte* », parmi les troupeaux de tes amis » (Cant 1, 7) ; il s'indignera, s'emportera et dira : « *Si tu ne te connais pas, ô belle entre les femmes, sors sur les traces des troupeaux, et fais paître tes boucs parmi les tentes des bergers !* » (Cant 1,8) c'est-à-dire : 'sois belle, qu'entre toutes les femmes ta beauté soit aimée de l'époux ; si tu ne te connais pas, si tu ne gardes pas⁴¹ très strictement ton coeur, si tu ne fuis pas les yeux des jeunes gens, tu sortiras de ma couche et tu feras paître les boucs, qui prendront place à ma gauche⁴² !'

26. C'est pourquoi, ô mon Eustochie, ma fille, ma maîtresse, ma coservante, ma soeur — divers sont les titres que valent l'âge, la vertu, la religion, l'affection — écoute les paroles d'Isaïe : « *Ô mon peuple, entre dans tes chambres ; ferme ta porte, cache-toi un petit instant, jusqu'à ce qu'ait passé la colère du Seigneur !* » (Is 26, 20) Que vaquent dehors les vierges folles⁴³ ! Toi, sois à l'intérieur avec l'Époux. Si, en effet, tu fermes ta porte, si, selon le précepte de l'Évangile, tu pries ton père dans le secret⁴⁴, il viendra frapper et dira : « *Voici que je me tiens devant la porte et que je frappe ; si quelqu'un m'ouvre, j'entrerai, je dînerai avec lui et lui avec moi* » (Ap 3, 20) ; aussitôt tu répondras avec empressement : « *C'est la voix de mon cousin qui frappe : ouvre-moi, ma soeur, ma proche, ma colombe, ma parfaite* ». » (Cant 5, 2) Et tu n'auras pas à dire : « *J'ai dépoilé ma tunique, comment la remettre ? J'ai lavé mes pieds, comment les salir ?* » (Cant 5, 3) Lève-toi tout de suite et ouvre, de peur que, si tu tardais, il ne passe son chemin. Après quoi tu te plaindrais par ces mots : « *J'ai ouvert à mon cousin, mais mon cousin était passé* ». » (Cant 5, 6) Qu'est-il besoin que les portes de ton coeur soient fermées à l'époux ? Ouvertes au Christ, qu'elles soient fermées au diable, selon ce texte : « *Si l'esprit de celui qui détient le pouvoir monte sur toi, ne lui fais pas de place !* » (Ecc 10, 4) Daniel⁴⁵, dans son cénacle - car il ne pouvait pas rester en bas - tint ses fenêtres ouvertes dans la direction de Jérusalem : toi aussi tiens tes fenêtres ouvertes, mais du côté où la lumière peut entrer, où tu peux voir la cité de Dieu. N'ouvre pas ces fenêtres, dont il est dit : « *La mort est entrée par vos fenêtres !* » (Jr 9, 21)

27. Évite aussi avec beaucoup de soin ce travers : ne te laisse pas prendre à l'ardeur de la vaine gloire. « *Comment, dit Jésus, pouvez-vous croire, si vous recevez la gloire de la part des hommes ?* » (Jn 5, 44) Vois donc quel défaut ce peut être, puisque celui qui y succombe ne peut avoir la foi ! Disons, au contraire, nous autres : « *Oui, tu es ma gloire* » (Ps 3, 4), et « *qui se glorifie, qu'il se glorifie dans le Seigneur* » (1 Co 1, 31), et « *si je cherchais encore à plaire aux hommes, je ne serais pas serviteur du Christ* » (Ga 1, 10) ; « *je n'ai garde de me glorifier, sinon dans la croix de mon Seigneur Jésus-Christ, par qui le monde est crucifié pour moi, et moi pour le monde* » (Ga 6, 14) ; et encore : « *en toi nous serons loués*

³⁹ Allusion aux vierges folles, d'après Mt 25, 12.

⁴⁰ C'est-à-dire : comme une courtisane.

⁴¹ Cf. Pr 4, 23.

⁴² C'est-à-dire : seront réprouvés ; d'après Mt 25, 33.

⁴³ Cf. Mt 25, 10-12.

⁴⁴ Cf. Mt 6, 6.

⁴⁵ Cf. Dn 6, 10.

mundo », et illud : « *In te laudabimur tota die* », et : « *In Domino laudabitur anima mea* ».

Cum facis elemosynam, Deus solus videat. Cum ieiunas, laeta sit facies tua. Vestis nec satis munda nec sordida et nulla diversitate notabilis, ne ad te obvia praetereuntium turba consistat et digito demonstreris. Frater est mortuus, sororis est corpusculum deducendum : cave ne dum hoc saepius facis ipsa moriaris. Ne satis religiosa velis videri nec plus humilis quam necesse est, ne gloriam fugiendo quaeras. Plures enim paupertatis, misericordiae atque ieiunii arbitros declinantes in hoc ipso placere cupiunt quod placere contemnunt ; et mirum in modum laus, dum vitatur, appetitur. Ceteris perturbationibus quibus mens hominis gaudet, aegrescit, sperat et metuit, plures invenio extraneos ; hoc vitio pauci admodum sunt qui caruerint, et ille est optimus qui quasi in pulchro corpore rara naevorum sorde respergitur.

Neque vero moneo ne de divitiis glories, ne de generis nobilitate te iactes, ne te ceteris praeferas : scio humilitatem tuam, scio te ex affectu dicere : « *Domine, non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei* ». Novi et apud te et apud matrem tuam superbiam, per quam diabolus cecidit, locum penitus non habere. Unde et super ea scribere supersedi. Stultissimum quippe est docere, quod noverit ille quem doceas. Sed ne hoc ipsud tibi iactantiam generet quod saeculi iactantiam contempsisti, ne cogitatio tacita subrepat ut, quia in auratis vestibibus placere desisti, placere coneris in sordibus et, quando in conventu fratrum veneris vel sororum, humili sedeas scabello, te causeris indignam, vocem ex industria quasi confecta ieiuniis tenues et deficientis imitata gressum umeris innitaris alterius. Sunt quippe nonnullae exterminantes facies suas, ut pareant hominibus ieiunare ; quae, statim ut aliquem viderint, ingemescunt, demittunt supercilium et operta facie vix unum oculum liberant ad videndum ; vestis pulla, cingulum sacceum, et sordidis manibus pedibusque venter solus, quia videri non potest, aestuat cibo ; his cotidie psalmus ille cantatur : « *Deus dissipavit ossa hominum sibi placentium* ». Aliae virili habitu, veste mutata, erubescunt feminae esse, quod natae sunt, crinem amputant et impudenter erigunt facies eunuchinas. Sunt quae ciliciis vestiuntur, et cucullis fabrefactis, ut ad infantiam redeant, imitantur noctuas et bubones.

28. Sed ne tantum videar disputare de feminis, viros quoque fuge, quos videris catenatos, quibus feminei contra apostolum crines, hircorum barba, nigrum pallium et nudi in patientiam frigoris pedes. Haec omnia argumenta sunt diaboli. Talem olim

toute la journée » (Ps 93, 9); « *dans le Seigneur sera louée mon âme* » (Ps 33, 3).

Quand tu fais l'aumône⁴⁶, que Dieu soit seul à le voir. Quand tu jeûnes, que soit gai ton visage⁴⁷. Ton vêtement : ni trop net, ni trop malpropre ; qu'aucune originalité ne le fasse remarquer, en sorte que les passants que tu croises ne s'arrêtent pas pour te montrer au doigt⁴⁸. Un frère est mort⁴⁹, tu auras à accompagner le cadavre d'une soeur, attention ! ne le fais pas trop souvent, tu finirais par mourir toi-même. Ne cherche pas à paraître trop pieuse, ni plus effacée qu'il n'est nécessaire. Ne cherche pas la gloire en ayant l'air de la fuir. Plusieurs évitent qu'il y ait des témoins de leur pauvreté, de leur bienfaisance ou de leur jeûne, mais ils désirent plaire, justement parce qu'ils méprisent de plaire. O merveille ! on prétend éviter la louange, pendant qu'on la recherche. Aux autres troubles de l'âme humaine : la joie, le chagrin, l'espoir, la crainte, je trouve pas mal d'hommes qui savent échapper. Mais, de ce défaut-là, très peu sont exempts⁵⁰ ; or, celui-là est parfait qui, tel un beau corps, n'est entaché que de peu de verrues.

Je n'ai pas à t'avertir de ne pas te glorifier de ta fortune, ou de ne pas te vanter de ta noblesse, ou de ne pas te préférer à autrui ; je sais ton humilité, je sais que tu peux dire de tout coeur : « *Seigneur, mon coeur ne s'est pas exalté et mes yeux ne se sont pas orgueilleusement levés* » (Ps 130, 1); je sais que, chez toi et chez ta mère, l'orgueil, qui causa la chute du diable, n'existe absolument pas. Aussi me suis-je dispensé d'écrire là-dessus. Il est tout à fait idiot d'enseigner à quelqu'un ce que sait parfaitement le prétendu disciple. Mais il ne faudrait pas que ce devînt pour toi un sujet de jactance d'avoir méprisé la jactance du siècle, ou qu'une pensée inexprimée et subreptice ne te porte, toi qui as renoncé à plaire en robes tissées d'or, à chercher à plaire en haillons, soit, quand tu te joins à un groupe de frères ou de soeurs en t'asseyant sur un escabeau bas, en te proclamant indigne, en baissant à dessein la voix comme une femme épuisée par les jeûnes, ou, pour feindre la démarche d'une personne qui va défaillir, en t'appuyant sur l'épaule d'une voisine. Il y a en certaines qui « *défigurent leur visage*⁵¹ » pour bien faire voir aux autres qu'elles pratiquent le jeûne. Aperçoivent-elles quelqu'un ? Aussitôt elles gémissent, abaissent les paupières, se couvrent la figure ; c'est tout juste si elles libèrent un œil pour regarder. La robe est grossière, la ceinture de vil tissu, les mains et les pieds sales ; mais l'estomac, lui, parce qu'on ne peut le voir, étouffe de mangeaille ; c'est pour elles que l'on chante tous les jours ce psaume : « *Dieu a dissipé les os des hommes qui se complaisent en eux-mêmes* » (Ps 52, 6). D'autres adoptent une tenue masculine, changent leur vêtement, honteuses d'être des femmes, ce qu'elles sont de naissance, coupent leur chevelure et, sans pudeur, dressent un visage d'eunuque. Il en est qui, vêtues de cilices et de capuchons truqués, comme si elles retombaient en enfance, imitent les hiboux et les chouettes.

28. Je ne voudrais pas avoir l'air de ne discourir que des femmes. Aussi bien, fuis ces hommes que l'on peut voir nattés : chevelure de femme, en dépit de l'Apôtre⁵², barbe de bouc, manteau noir, pieds nus comme pour souffrir du froid : tout cela, c'est

⁴⁶ Cf. Mt 6, 2-4.

⁴⁷ Cf. Mt 6, 16-18.

⁴⁸ Cf. HORACE, *Carmina*, l. IV, III, 22.

⁴⁹ Il s'agit ici d'un chrétien, d'une chrétienne quelconque, non pas d'un membre de la famille d'Eustochie.

⁵⁰ Cf. HORACE, *Sat.*, l. I, VI, 65-67.

⁵¹ Mt 6, 16.

⁵² Cf. 1 Co 9, 14.

Antimum, talem nuper Sofronium Roma congemuit. Qui postquam nobilium introierint domos et deceperint mulierculas « *oneratas peccatis, semper discentes et numquam ad scientiam veritatis pervenientes* », tristitiam simulant et quasi longa ieiunia furtivis noctium cibis protrahunt ; pudet reliqua dicere, ne videar inveni potius quam monere. Sunt alii — de mei ordinis hominibus loquor —, qui ideo ad presbyterium et diaconatum ambiunt, ut mulieres licentius videant. Omnis his cura de vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non folleat. Crines calamistri vestigio rotantur, digiti de anulis radiant et, ne plantas umidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia. Tales cum videris, sponso magis aestimato quam clericos.

Quidam in hoc omne studium vitamque posuerunt ut matronarum nomina, domos moresque cognoscant. E quibus unum qui huius artis est princeps breviter strictimque describam, quo facilius magistro cognito discipulos recognoscas. Cum sole festinus exurgit ; salutandi ei ordo disponitur ; viarum compendia requiruntur, et paene usque ad cubilia dormientium senex inportunus ingreditur. Si pulvillum viderit, si mantele elegans, si aliquid domesticae suppellectilis, laudat, miratur, adtrechtat, et se his indigere conquerens non tam inpetrat quam extorquet, quia singulae metuunt veredarium urbis offendere. Huic inimica castitas, inimica ieiunia ; prandium nidoribus probat et 'altilis', $\gamma\rho\omega\nu$ vulgo $\pi\omicron\pi\zeta\omega\nu$ nominatur. Os barbarum et procax et in convicia semper armatum. Quocumque te verteris, primus in facie est. Quidquid novum insonuerit, aut auctor aut exaggerator est famae. Equi per horarum momenta mutantur tam nitidi, tam feroces, ut illum Thracii regis putes esse germanum.

29. Variis callidus hostis pugnat insidiis. Sapientior erat coluber omnibus bestiis, quas fecerat Dominus Deus super terram. Unde et apostolus : « *Non* », inquit, « *ignoramus eius astutias* ». Nec affectatae sordes nec exquisitae munditiae conveniunt Christianis. Si quid ignoras, si quid de scripturis dubitas, interroga eum, quem vita commendat, excusat aetas, fama non reprobatur, qui possit dicere : « *Desponsavi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo* ». Aut si non est qui possit exponere, melius est aliquid nescire securam quam cum periculo discere. Memento quoniam in medio laqueorum ambulas, et multae veteranae virgines castitatis indubitatum in ipso mortis limine coronam perdidere de manibus.

Si quae ancillae sunt comites propositi tui, ne erigaris adversus eas, ne inleris ut domina. Unum sponsum habere coepistis, simul psallitis Christo, simul corpus accipitis, cur mensa diversa sit ?

manifestations du démon. Tel autrefois Antimus, tel naguère Sofronius : Rome s'en lamentait ! Ils pénètrent dans les demeures des nobles, ils séduisent des femmelettes « *chargées de péchés, ils feignent d'étudier toujours sans jamais parvenir à la science de la vérité* » (2 Tim 3, 6-7) ; ils simulent l'austérité ; leurs jeûnes semblent longs, ils les prolongent en s'alimentant la nuit, en cachette. J'ai honte de dire le reste, de peur de paraître invectiver plutôt qu'avertir. Il y en a d'autres — je parle des hommes de mon ordre⁵³ — qui ambitionnent le sacerdoce et le diaconat pour voir plus librement les femmes. Ils n'ont souci que de leurs vêtements, de leurs parfums ; que leur pied ne dans pas dans un soulier avachi ; leurs cheveux bouclés portent l'empreinte du fer à friser, leurs doigts scintillent de bagues et, de peur que la chaussée trop humide ne leur mouille la plante des pieds, ils y impriment juste le bout des orteils ! Tu croirais voir des fiancés plutôt que des clercs.

Il en est qui consacrent tous leurs soins, et leur vie tout entière, à connaître le nom des matrones, leur adresse et leurs habitudes. Je n'en décrirai qu'un, le premier en cet art, brièvement et sommairement, afin que, connaissant le maître, tu reconnaisse plus aisément les disciples. En même temps que le soleil, en toute hâte, il se lève. Ses visites ? Il en a réglé l'ordre. Il a étudié les trajets les plus courts. C'est tout juste s'il ne pénètre pas dans leur chambre même, tandis qu'elles dorment encore, ce vieillard importun. Remarque-t-il un coussin, une étoffe élégante, ou n'importe quel meuble de l'appartement, il le loue, l'admire, le palpe ; il se plaint de n'en point posséder de pareil et obtient l'objet moins qu'il ne l'extorque, car chacune redoute d'offenser le courrier de la Ville. Il n'aime pas la chasteté, il déteste les jeûnes. Il expertise les mets en les flairant, aussi le surnomme-t-on vulgairement le chapon gras, ou $\gamma\rho\omega\nu\pi\omicron\pi\zeta\omega\nu$ ⁵⁴. Sa bouche est grossière, impudente, toujours armée pour l'insulte. Tourne-toi où tu voudras, il est le premier en face de toi. Entend-on quelque nouvelle, c'est lui qui l'a inventée, ou qui l'amplifie et la diffuse. Ses chevaux qu'il change selon les heures sont si brillants et si fougueux qu'on le croirait frère du roi de Thrace⁵⁵.

29. Bien divers sont les pièges par quoi nous combat un ennemi rusé. Le serpent était le plus intelligent de tous les animaux qu'avait créés le Seigneur Dieu sur la terre. D'où ce mot de l'Apôtre : « *nous n'ignorons pas ses astuces* » (2 Co 2, 11). Ni la malpropreté affichée, ni les recherches de la coquetterie ne conviennent aux chrétiens. Si tu ne comprends pas ou si tu hésites sur un passage des Écritures, interroge quelqu'un que recommande sa vie, que son âge met à l'abri du reproche, que ne disqualifie pas la réputation, enfin qui puisse dire : « *je vous ai fiancée à un seul homme, vierge chaste à présenter au Christ* » (2 Co 11, 2). S'il n'y a personne qui soit capable d'expliquer, mieux vaut ignorer, pour rester en sûreté, que risquer pour apprendre. Souviens-t-en ! c'est au milieu des pièges que tu marches ; pour beaucoup de vétérans de la virginité, cette couronne de la chasteté que nul ne mettait en doute leur a échappé des mains au seuil même de la mort !

Si quelques servantes sont associées à ton ascèse, ne sois pas hautaine à leur égard, ni orgueilleuse parce que tu es leur maîtresse. Vous appartenez au même Époux, ensemble vous chantez le Christ, ensemble vous recevez son Corps, pourquoi votre table serait-elle différente ? Qu'on amène de nouvelles

⁵³ C'est-à-dire : moines comme moi-même.

⁵⁴ Expression que l'on peut traduire par : vieux soiffard.

⁵⁵ Diomède, roi des Bistoniens, qui passait pour nourrir ses chevaux avec la chair des prisonniers, et fut vaincu par Hercule. Claudien emploie aussi cette métaphore.

Provocentur et aliae ; honor virginum sit invitatio ceterarum. Quodsi aliquam senseris infirmiore in fide, suscipe, consolare, blandire et pudicitiam illius fac lucrum tuum. Si qua simulat fugiens servitutum, huic aperte apostolum lege : « *Melius est enim nubere quam uri* ». Eas autem virgines viduasque, quae otiosae et curiosae domus circumeunt matronarum, quae rubore frontis adtrito parasitos vicere mimorum, quasi quasdam pestes abice. « *Corrumpunt mores bonos confabulationes pessimae* ». Nulla illis nisi ventris cura est et quae ventri proxima. Istiusmodi hortari solent et dicere : 'Mi catella, rebus tuis utere et vive, dum vivis', et : 'Numquid filiis tuis servas ?' Vinosae atque lascivae quidvis mali insinuant ac ferreas quoque mentes ad delicias molliunt et, « *cum luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem inritam fecerunt* ».

Nec tibi diserta multum velis videri aut lyricis festiva carminibus metro ludere. Non delumbem matronarum salivam delicata secteris, quae nunc strictis dentibus, nunc labiis dissolutis balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur, rusticum putantes omne quod nascitur. Adeo illis adulterium etiam linguae placet. « *Quae enim communicatio luci ad tenebras ? qui consensus Christo et Belial ?* » Quid facit cum psalterio Horatius ? cum evangeliiis Maro ? cum apostolo Cicero ? Nonne scandalizatur frater, si te viderit in idolio recumbentem ? Et licet « *omnia munda mundis et nihil reiendum sit, quod cum gratiarum actione percipitur* », tamen simul bibere non debemus calicem Christi et calicem daemoniorum. Referam tibi meae infelicitatis historiam.

30. Cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis et, quod his difficilius est, consuetudine lautioris cibi propter caelorum me regna castrassem et Hierosolymam militaturus pergerem, bibliotheca, quam mihi Romae summo studio ac labore confeceram, carere non poteram. Itaque miser ego lecturus Tullium ieiunabam. Post noctium crebras vigilias, post lacrimas, quas mihi praeteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manibus. Si quando in memet reversus prophetam legere coepissem, sermo horrebat incultus et, quia lumen caecis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam esse, sed solis.

Dum ita me antiquus serpens inluderet, in media ferme quadragesima medullis infusa febris corpus invasit exhaustum et sine ulla requie — quod dictu quoque incredibile sit — sic infelicia membra depasta est ut ossibus vix haererem. Interim parabantur exsequiae, et vitalis animae calor toto frigente iam corpore in solo tantum tepente pectusculo palpitabat, cum subito raptus in spiritu ad tribunal iudicis pertrahor, ubi tantum luminis

compagnes ! Que les vierges mettent leur honneur à en attirer d'autres ! Si tu en sens une faiblir dans sa foi, prends-la en charge, console-la, caresse-la, que sa persévérance dans la chasteté soit ton gain personnel. Si quelqu'une dissimule, mais cherche à fuir la servitude de la continence, lis-lui carrément les mots de l'Apôtre : « *Mieux vaut se marier que d'être consumée de désirs* » (1 Co 7, 9). Mais ces vierges ou veuves oisives, curieuses, qui font le tour des palais des matrones, dont le front ne sait plus rougir et qui dépassent en impudence les parasites des comédies, chasse-les comme des pestes : « *Les mœurs vertueuses sont corrompues par les conversations coupables* » (1 Co 15, 33). Elles n'ont qu'un souci : le ventre et ses environs ! Ces femmes-là ont coutume de prodiguer les conseils : 'ma petite chienne, jouis de ta fortune, et vis tant que tu es en vie', ou bien : 'C'est pour tes enfants que tu la gardes ?' Ivrognes, lascives, par leurs insinuations malfaisantes de toute nature, elles amolliraient même des âmes de fer pour les porter au plaisir et, « *quand elles ont péché par luxure bien que chrétiennes, elles veulent se marier et encourent la damnation parce qu'elles ont violé leur premier engagement* » (1 Tim 5, 11-12).

Ne te complais pas à être réputée très diserte ou à savoir tourner agréablement les vers d'amusants madrigaux. N'imites pas la prononciation mignarde et invertébrée des dames ; tantôt parce qu'elle serrent les dents, tantôt parce que leurs lèvres sont trop peu fermes, elles gouvernent leur langue balbutiante de façon à n'émettre que la moitié des mots ; elles estiment grossier tout ce qui vient à terme⁵⁶ ; tant leur plaît l'adultère, même s'il ne s'agit que de la langue ! « *Oui, quelle communauté y a-t-il entre la lumière et les ténèbres, quel accord entre le Christ et Bélial ?* » (2 Co 6, 14-15) Que fait Horace avec le psautier ? et Virgile avec l'Évangile, et Cicéron avec l'Apôtre ? N'est-il pas scandalisé, le frère, s'il te voit prendre un repas dans un temple d'idoles ? Sans doute « *tout est pur aux purs* (Tt 1, 15) », « *il ne faut rien repousser de ce que l'on peut recevoir en rendant grâces* » (Tt 4, 4), cependant nous ne devons pas boire en même temps la coupe du Christ et la coupe des démons. Je vais te raconter ma malheureuse histoire.

30. Il y a bien longtemps ! maison, père et mère, soeur, parenté et, ce qui est plus difficile, habitude de la bonne chère, pour le Royaume des cieux je m'étais sevré⁵⁷ de tout cela ; j'allais à Jérusalem militer pour le Christ. Mais de la bibliothèque qu'à Rome je m'étais composée avec beaucoup de soin et de peine, je n'avais pas pu me passer. Malheureux que j'étais ! avant de lire Cicéron, je me livrais au jeûne. Je veillais souvent des nuits entières, je versais des larmes, que le souvenir de mes péchés d'autrefois arrachait du fond de mes entrailles. Après quoi, je prenais en mains mon Plaute ! Si, rentrant en moi-même, je me mettais à lire un prophète, ce langage inculte me faisait horreur. Mes yeux aveuglés m'empêchaient de voir la lumière. Or, ce n'étaient pas mes yeux que j'incriminais, mais le soleil ! Le Serpent ancien se jouait ainsi de moi.

Vers le milieu du carême, jusqu'au plus profond de mon être s'insinue la fièvre. Elle envahit mon corps épuisé, ne lui laisse aucun repos et — détail à peine croyable —, mes pauvres membres en sont tellement dévorés, que je ne tenais plus guère que par mes os. Cependant, on préparait mes obsèques, car la vie, le souffle, la chaleur — tout mon corps étant déjà refroidi — ne palpitaient plus que dans un coin encore tiède de ma poitrine. Tout d'un coup, j'ai un ravissement spirituel. Voici le tribunal du Juge ; on m'y traîne ! La lumière ambiante était si éblouissante

⁵⁶ Ou bien : tout ce qui est naturel.

⁵⁷ Littéralement : 'châtré' ; allusion à Mt 19, 12.

et tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris, ut proiectus in terram sursum aspicere non auderem. Interrogatus condicionem, Christianum me esse respondi. Et ille qui residebat : 'Mentiris', ait, 'Ciceronianus es, non Christianus ; « *ubi thesaurus tuus, ibi et cor tuum* ».'

Ilico obmutui et inter verbera — nam caedi me iusserat — conscientiae magis igne torquebar illum mecum versiculum reputans : « *In inferno autem quis confitebitur tibi ?* » Clamare tamen coepi et eiulans dicere : « *Miserere mei, Domine, miserere mei* ». Haec vox inter flagella resonabat. Tandem ad praesidentis genua provoluti, qui adstiterant precabantur ut veniam tribueret adulescentiae, ut errori locum paenitentiae commodaret, exacturus deinde cruciatum si gentilium litterarum libros aliquando legissem. Ego qui tanto constrictus articulo vellem etiam maiora promittere, deiurare coepi et nomen eius obtestans dicere : 'Domine, si umquam habuero codices saeculares, si legero, te negavi'. In haec sacramenti verba dimissus revertor ad superos, et mirantibus cunctis oculos aperio tanto lacrimarum imbre perfusus ut etiam incredulis fidem facerent ex dolore. Nec vero sopor ille fuerat aut vana somnia quibus saepe deludimur. Teste est tribunal, ante quod iacui, iudicium teste est quod timui — ita mihi numquam contingat talem incidere quaestionem ! —, liventes habuisse me scapulas, plagas sensisse post somnum et tanto dehinc studio divina legisse quanto mortalia ante non legeram.

31. Avaritiae quoque tibi vitandum est malum, non quo aliena non adpetas — hoc enim et publicae leges puniunt — sed quo tua quae sunt aliena non serves. « *Si in alieno* », inquit, « *fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis ?* » Aliena nobis auri argentique sunt pondera, nostra possessio spiritalis est, de qua alibi dicitur : « *Redemptio viri propriae divitiae* ». « *Nemo potest duobus dominis servire ; aut enim unum odiet et alterum amabit, aut unum patrietur et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonae* », id est divitiis. Nam gentili Syrorum lingua mammona 'divitiae' nuncupantur. Cogitatio victus spinae sunt fidei, radix avaritiae, cura gentilium. At dices : 'Puella sum delicata et quae meis manibus laborare non possum ; si ad senectam venero, si aegrotare coepero, quis mei miserebitur ?' Audi ad apostolos loquentem Iesum : « *Ne cogitatis in corde vestro quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca et corpus plus est quam vestimentum ? Respicite volatilia caeli, quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea, et pater vester caelestis pascit illa* ». Si vestis defuerit lilia proponentur ; si esurieris, beatos audies pauperes et esurientes ; si aliquis adflixerit dolor legito : « *Propter hoc conplaceo mihi in infirmitatibus meis* », et : « *Datus est mihi stimulus*

que, du sol où je gisais, je n'osais pas lever les yeux en haut. On me demande ma condition : « Je suis chrétien », ai-je répondu. Mais celui qui siégeait : 'Tu mens', dit-il ; 'c'est cicéronien que tu es, non pas chrétien' ; « *où est ton trésor, là est ton coeur* » (Mt 6, 21).

5 Aussitôt je deviens muet. Parmi les coups — car il avait ordonné qu'on me flagellât — ma conscience me torturait davantage encore de sa brûlure ; je me redisais ce verset : « *Mais, dans l'enfer, qui te louera ?* » (Ps 6, 6) Je me suis mis cependant à crier et à me lamenter en répétant : « *Pitié pour moi, Seigneur, pitié pour moi !* » (Ps 16, 2) Cet appel retentissait parmi les coups de fouet. Enfin, prosternés aux genoux du président, les assistants suppliaient de faire grâce à ma jeunesse, de permettre à mes erreurs de faire pénitence ; je subirais par la suite le supplice mérité, si jamais je revenais à la lecture des lettres païennes. Quant à moi, coincé dans une situation aussi critique, j'étais disposé à promettre encore davantage. Aussi me suis-je mis à jurer, à prendre son nom à témoin : 'Seigneur, disais-je, si jamais je possède des ouvrages profanes, ou si j'en lis, c'est comme si je te reniais'⁵⁸ ! Après que j'eus prononcé ce serment, on me relâcha ; me voici revenu sur terre. À la surprise générale, j'ouvre les yeux. Ils étaient tellement trempés de larmes qu'ils attestaient ma douleur aux plus sceptiques. Ce n'était pas du sommeil, ni de ces songes vains qui nous illusionnent souvent. Témoin le tribunal devant lequel je gisais ; témoin le jugement, si redoutable ! — puissé-je ne jamais subir pareille question ! — j'avais les épaules tuméfiées, et j'ai senti les plaies au réveil. Depuis, j'ai lu les livres divins avec plus de soin que je n'avais lu jadis les ouvrages des mortels⁵⁹.

31. La cupidité aussi, c'est un défaut que tu dois éviter. Bien sûr tu ne désireras pas ce qui n'est pas à toi ; cela, les lois de l'État elles-mêmes le punissent. Mais ce qui est tien — qui, en réalité, est à autrui — tu ne dois pas le garder. « *Si vous n'avez pas été fidèles, dit Dieu, pour ce qui ne vous appartient pas, ce qui est à vous qui vous le donnera ?* » (Lc 16, 12) Ne sont pas à nous les lingots d'argent et d'or. Notre bien est spirituel ; il en est dit ailleurs : « *rachat de l'homme, sa propre richesse* ». (Pr 13, 8) « *Nul ne peut servir deux maîtres, ou il haïra l'un et aimera l'autre, ou il supportera l'un et méprisera l'autre. Vous ne pouvez pas servir Dieu et Mammon, c'est-à-dire la richesse* » (Mt 6, 24). Dans la langue païenne des Syriens, la richesse s'appelle, en effet, Mammona. Penser à la subsistance ? épines de la foi, racine d'avarice, souci des païens. Mais, diras-tu, je suis une jeune fille d'éducation raffinée qui ne peut travailler de ses mains. Si j'arrive à la vieillesse, si je tombe malade, qui aura compassion de moi ? Écoute Jésus qui s'adresse aux apôtres : « *Ne réfléchissez pas dans votre coeur sur ce que vous aurez à manger, ou pour votre corps de quoi vous serez habillés. L'âme n'est-elle pas plus que la nourriture et le corps plus que le vêtement ? Regardez les oiseaux du ciel, ils ne sèment ni ne moissonnent ni n'enrangent ; or, votre père céleste les nourrit* » (Mt 6, 25-26). Si le vêtement vient à te manquer, on te proposera l'exemple des lis ; si tu as faim, tu entendas proclamer bienheureux les pauvres et les affamés. Si quelque souffrance t'afflige, lis donc : « *c'est pourquoi je me complais dans mes infirmités* » (2 Co 12, 10), et encore : « *on m'a*

⁵⁸ Rufin, devenu son ennemi, reprochera à Jérôme d'avoir cependant enfreint ce serment en faveur des écoliers qu'il instruisait à Bethléem. Il répondra : le fait est ancien, « les prophètes interdisent de croire aux rêves », enfin il est souvent victime d'affreux cauchemars ! « veut-on le tuer pour cela ? » Voir aussi : VIRGILE. *Énéide*. VI, 568.

⁵⁹ Sur la réalité de ce songe fameux, voir DE LABRIOLLE, *Miscellanea Geronimiana*, 217-239 ; COLLOMBET, *Histoire de saint Jérôme*, t. 1, p. 122-143, et surtout CAVALLERA, t. II, p. 76-78. Ces deux derniers auteurs soulignent avec raison le curieux parallèle que présente le songe de Tutuslymeni, rapporté par saint Augustin au sermon 308.

carnis meae, angelus Satanae qui me colafizet » ne extollar. Laetare in omnibus iudiciis Dei ; « *Exultaverunt* », enim, « *filiae Iudae in omnibus iudiciis tuis, domine* ». Illa tibi semper in ore vox resonet : « *Nudus exivi de utero matris meae, nudus et redeam* », et : « *Nibil intulimus in hunc mundum nec auferre quid possumus* ».

32. At nunc plerasque videas armaria stipare vestibus, tunicas mutare cotidie et tamen tineas non posse superare. Quae religiosior fuerit unum exterit vestimentum, et plenis arcis pannos trahit. Inficitur membrana colore purpureo, aurum liquescit in litteras, gemmis codices vestiuntur et nudus ante fores earum Christus emoritur. Cum manum porrexerint, bucinant ; cum ad agapen vocaverint, praeco conducitur. Vidi nuper — nomina taceo, ne saturam putes — nobilissimam mulierum Romanarum in basilica beati Petri semiviris antecedentibus, propria manu, quo religiosior putaretur, singulos nummos dispertire pauperibus. Interea — ut usu nosse perfacile est — anus quaedam annis pannisque obsita praecurrit, ut alterum nummum acciperet ; ad quam cum ordine pervenisset, pugnus porrigitur pro denario, et tanti criminis reus sanguis effunditur.

« *Radix malorum omnium est avaritia* » ideoque et ab apostolo « *idolorum servitus* » appellatur. Quaere primum regnum Dei et haec omnia adponentur tibi. Non occidet Dominus fame animam iusti : « *Iuvenior fui et senui, et non vidi iustum derelictum nec semen eius quaerens panem* ». Helias corvis ministrantibus pascitur ; vidua Sareptena ipsa cum filiis nocte moritura prophetam pascit esuriens, et mirum in modum capsace completo, qui alendus venerat, alit. Petrus apostolus : « *Argentum* », inquit, « *et aurum non habeo ; quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Domini Iesu Christi surge et ambula* ». At nunc multi, licet sermone taceant, re loquuntur : 'Fidem et misericordiam non habeo ; quod autem habeo, aurum et argentum non do tibi'. Habentes igitur victum et vestimentum his contenti sumus. Audi, Jacob in sua oratione quid postulet : « *Si fuerit Dominus Deus mecum et servaverit me in via hac per quam ego iter facio, et dederit mihi panem ad manducandum et vestem ad induendum* ». Tantum necessaria deprecatus est, et post annos viginti dives dominus et ditior pater ad terram revertitur Chanaan. Infinita de scripturis exempla subpeditant quae et avaritiam doceant esse fugiendam.

33. Verum quia nunc ex latere de ea dicitur et suo, si Christus adnuerit, volumini reservatur, quid ante non plures annos Nitriae

donné l'aiguillon de ma chair, l'ange de Satan, pour me souffleter » (2 Co 12, 7), afin que j'évite l'orgueil. Réjouis-toi dans tous les jugements de Dieu, car « *les filles de Juda ont exulté dans tous tes jugements, Seigneur* » (Ps 96, 8). Que ta bouche ne cesse de proférer ce mot : « *Nu je suis sorti du sein de ma mère, nu j'y reviendrai* » (Jb 1, 21), et : « *Nous n'avons rien apporté en ce monde, nous n'en pouvons pas davantage rien emporter* » (1 Tim 6, 7).

32. Mais on voit actuellement beaucoup de femmes dont les armoires sont bourrées de vêtements, qui change de tunique tous les jours et pourtant ne peuvent vaincre les mites. Or, celle qui est plus pieuse n'use qu'un seul vêtement à la fois et, les coffres pleins⁶⁰, elle fait durer ses loques. On teint le parchemin de couleur pourpre, on trace les lettres avec de l'or liquide, on revêt de gemmes les livres⁶¹, mais tout nu, devant leurs portes⁶², le Christ est en train de mourir ! Tendent-elles la main pour faire l'aumône, la trompette sonne ; convoquent-elles à l'agape, on loue un crieur. J'ai vu récemment — je tais les noms, pour que l'on ne croie pas à une satire — une très noble parmi les matrones romaines, dans la basilique saint Pierre, précédée d'eunuques, distribuant une pièce à chaque pauvre, de sa propre main, pour paraître plus pieuse. Cependant — facile manoeuvre pour les habitués — une vieille chargée d'ans et de haillons⁶³ court se replacer plus haut dans la file, afin de recevoir une seconde pièce. Arrivée à sa hauteur, c'est un coup de poing que la dame lui donne au lieu d'un denier, et la coupable d'un si grand forfait est tout en sang !

